pariter tuos eminere studiorum perseverantia, vitaeque honestate. Credam te magnos progressus fecisse, utilitati tantoque viro placebis. Bernardus Lottorg hic est etiam quaere si potest argenti aliquid conficere, istuc referetur. M. Reinerus Langen nuper huc venit, ut parentes suos visitaret. Marquardum pro se diem reditus, & M. Magnus Osenbrug eorum, qui iactis bene fundamentis in academiis cum laude versantur. Horum aemulatione fac, ut tuum animum subinde exstimules, atque cum Dei patris coelestis invocatione omnes ad eos tuum ingenii mentisque nervos intendas. Vale. 17. May 1581. Bremae in scholis, te amans

Johannes Molanus.

Pax Christi. [an Lubbernant] 35

Ex ea, quae nuper inter nos incepta est amicitia, Doctor clarissime, hunce fructum uberem et praestantem capere debeo, ut si quis forte discipulus unus et item alter e nostro scholari pulvere in istam lucem vestram atque solem prodire ausit, nondum satis confirmata puerili institutione: eos ego tuam tuam dubitem meis de te literis instruere, tuaeque singulari industriae perpoliendos, perficiendosque commendare. Quod equidem eo maiore fiducia faciendum existimo, quo magis ex tuis literis intelligo, te et facere ingenuis, ut qui maxime: et erga nos nostraque studia propensissima voluntate praeditum esse. [= Arev. a. M. Nr. 333] Est in hac respubl. honestus senator, vir ut re cauta, ita etiam liberali animo, qui me propter liberorum suorum educationem semper coluit, et maximi fecit. Eius filios duos accurate formari, tum ad mores bonos, tum ad quae rite

eruditionem. Sed omnia sunt in eis inchoata
etiam nunc, et impolita. Ex meo animo et vo-
to factum esset pater, eorum studia diuturni-
ore aliqua temporis mora maturescere et qua-
si roborari. Haec una est non minima studi-
orum nostrorum calamitas, quod eximia in-
genia, vix bene jactis fundamentis, liberiq; vi-
vendi studio, citius quam asparagi coquitur, in
Academias e literatoris manu se eripiuntur;
Sed bene habet, quod pater alterum tantum
abduxit, eum videlicet qui superat annis, et do-
ctrina alterum nobis relinquit, suo tempore
laudabiliter secuturum. Venit igitur in istac
vestram celebritatem ex nostro umbratili stu-
dio Nicolaus Regensdorp. juvenis rara quadam
modestia ornatus, qui vehementer amat stu-
dia, et praeceptores suos pie sancteq; reveretur;
Quo nomine et ipsum tamen plurimum, et hos te
majorem in modum peto, ut eum (quoniam hac ae-
tas per lubricas vias incedit) nunquam tuo
consilio frui et tua uti auctoritate patiaris.
Erat in familia Cortii perductusq; Senatoris no-
stri D. Michaelis Grismeri, cui his multis an-
nis proximis cum Nicolai nostri patre societas
et commercium fuit. Is discipulum hunc nostrae
beneficentiae causa per epistolam ex hoc tirio
in vestrum lyceum pellexit. Credo eum virum
familiariter tibi notum esse, quae res faciet
ut sine molestia de adolescentis studio et mori-
bus possis quaerere ex eo, ut ad amico tibi com-
mendati nonnullam rationem habere. In tuis
literis erudite, prudenter et benigne scriptis
cum alia mihi jucunda fuerant multa, tum illud
inprimis, quod nobis [illegible] eisq; quid
quidem animi libere constantis, et in veritate,

virtuteq; confirmasti certissimum est argumen-
tum. Ego verò etsi in studijs levioribus aetatem
consumpsi, cavi tamen sedulo ne cui perversae opi-
nioni mentem obstringerem, neq; unquam cu-
pidiorum hominum factioni assensum acco-
modavi. Et quanquam nunquam fui tam stul-
te arrogans, ut in doctis viris meum nomen
profiterer, semper tamen doctissimi quiq;
studijs similitudini suum apud me extraordinariū
pretium habuerunt. Quam mihi per Ben-
edictum Sartorium misisti tragoediam per-
libenter lego, nec ab ea prius oculum manumq; quā
penitus totam exhausero. In Graeca lectione
interdum haereo, sed bene est quod te nactus
sum quasi quendam Delium Natatorem. Et de-
lessenti ipsi nihil esset optabilius quam ut ille
ad statum vitae pristinum reverti, sed nihil erga-
ti conficere tantum potest, patronum suum ex spe-
ctat, ubi illo si nihil fiet, inveniam cui sperit vel lo-
cum honestum Antwerpiae. Quod faciat in man-
γὰρ ἐπείγει. Vale vir doctissime cum bene stoff-
ibi familia. Bremae in schola. IX. Cal. Junij Anno
1581.

T. Dignitatis studiosiss.

Joannes Molanus. 36

S. In Dño. Reverende ac Clarissime Vir, Pater Colendissi-
me, quàm incommodo tempore iter ingressus sit Rev: Dñus
M. Ulricus Rackius, reipsa expertus est. non tantum propter
äeris constitutionem miram: sed etiam propter adversam
valetudinem D. parentis: quem periculosissimè laborantem
ex crebris defluctionibus raucedine et catarris, reperit:
q̃ ita eum invaserunt, ut vix respirare, nedum cibum
commodè sumere possit. Unde etiam factum, ne iis D.
M. Ulricum beneficiis prosequi potuerimus, quibus meritò
debuissemus. Adjunximus tamen ipsi nostrum con-